Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

1771.

1. *Ackermann: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo ordinarius senior caeterique fac. jur. assessores memoriam Ackermannianam ... indicunt.

*Silverstein: Rhapsodiae supplementa: Programma, quo tiam ... facultatum decani seniores et reliqui assessores memoriam Silversteinianam indicunt.

*Einert: De jure monetae mutatae hodiernae. Programma, quo ordinarius senior reliquique doctores solemnia doctoralia Christiani Gottlobii Einert indicunt

*Trenkmann, Gottlob Henricus: De jure monetae mutatae hodiernae. Programma, quo ordinarius senior reliquique doctores fac. jur. solemnia doctoralia Gottlobi Henrici Trenkmanni indicunt

5. Baverus, Fridericus Wilhelmus: De feudo novo atque veteri

1771

6. Bauerus, Hen. Godofredus: De successione pactitia ad decision. Electoral. 13. de ao. 1746

7. Bauerus, Hen. Godofredus: De pacti successorii effectis

8. Bauerus, Hen. Godofredus: De successione pactitia ad decision. Electoral. 13. de ao. 1746.

9. Bose, Ernestus Gottlob: De diagnosi vitae foetus et neogeniti

10. Brenning, Christianus Hen.: De nomine in dotem dato

11. Brenning, Christianus Hen.: An in communione bonorum inter conjuges universali bona alibi sita fiant communia.

12. Brenning, Christianus Hen.: An ususfructus filio familias constitutus hodie cedat patri?

13. Brenning, Christianus Henr.: An uxor mariti fiat socia illata dote, quae in communibus societatis bonis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

extat in societate mercatoria?

14. Brenning, Christianus Henr: An usus fructus in dotem dari possit?

15. Brenning, Christianus Henr: An lenteratio, quam admisit judex contra legem, si prosecutio facta est, inducat nullitatem:

16. Brenning, Christianus Henr: De jure oblationis ad jurandum in Lusatia superiori

17. Brenning, Christian Henr: An commodati actio directa dari possit contra tertium possessorem?

18. Brenning, Christianus Henr: An usuraria pravitas hodie est delictum publicum. ad mandat. elect. noviss. de bancarupt. § 11.

19. Brenning, Christianus Henr: De judice teste.

20. Brenning, Christianus Henr: An conventio cum colono partiario possit revocari?

21. Brenning, Christianus Henr: An conductori in re conducta licita est retentio ob locatoris obligationem diversam?

1771.

22. Brenning, Christianus Henr: Utrum locatori an sublocatori competat hypotheca tacita in illatis bonis subconductoris?

23. Brenning, Christianus Henr: An impensae voluptariae repeti possint in actione negotiorum gestorum contraria.

24. Brenning, Christianus Henr: An unio prolium adimat jus testandi parentibus.

25. Brenning, Christianus Henr: An cambii invalidi indossatio cambium reddat validum?

26. Brenning, Christianus Henr: An ex distractu oriatur obligatio?

27. Brenning, Christianus Henr: De rustico non mercatore

28. Brenning Christianus Henr: An fictio unitatis personae hodie noceat inter patrem et filium inito.

29. Brenning, Christianus Henr: An necessa purgari possit oblato pretio in venditione sub pacto legis commissoriae

1771.

30. Cleemannus, Joannes Augustus: Super epistola Divi Hadriani de divisione obligationis plurium fidejussorum.

31. Cleemannus, Joannes Augustus: De supplenda parte legitima

32 Cleemannus, Joannes Augustus: De condemnatione ad bestias.

33. Cleemannus, Joannes Augustus: De feudo pecuniario

34. Eccius, Jo. Georgius: De Joanne Wendelio, rectore Salanae. Programma, quo lectiones suas indicit.

35. ii Einert, Christianus Gottlob: Legum rationes earumque investigandarum regulae. 2 Exempl. 1771 u. 1821.

36. Einertus, Christianus Gottlob: Varii effectus remissarum tutelae rationum.

37 Einertus, Christianus Gottlob: Commentationum ad constitutiones Juliani Imp. specimen II.

38. Einertus, Christianus Gottlob: Commentationum ad constitutiones Juliani Imp. specimen I

1771.

39. Hamboldus, Georgius Gottlieb: De usu instrumentorum physico-mathematicorum recte aestimando. Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

40. Hamboldus, Georgius Gottlieb: De thermometro Reaumuriano.

41. Hommel, Carolus Ferdinandus, fac. jur. procancellarius: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo solemnia Doctoralia Iohannis Christiani Bachmanni indicit.

42. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De ecclesiarum cathedralium et collegiatarum capitulis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

N 28
Ah
1771,2

MEMORIAM

SILVERSTEINIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XVII. APRILIS HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

TRIVM SVPERIORVM

FACVLTATVM DECANI SENIORES

ET RELIQVI ASSESSORES

Rhapſodiae Supplementa.

1771.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

OBSERVATIO DXXXV.

Hypotheca ſolius debitoris precibus confirmata ius reale creditori tribuit.

Quidam pecuniam mutuans ſe effecturum, vt ſuper ea ſuis ſumtibus hypotheca iudicialis conſtitueretur, promiſerat. Id cum factum eſſet, quaerebatur: vtrum ius reale conſtitutum videretur, cum creditoris acceptatio deficeret, nec ipſe in iudicio comparuiſſet. Sed omnino valere, ex noſtra Obſeruatione ſuperiori CCXLVIII. facili negotio probatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

OBSERVATIO DXXXVI.

Mercibus aeſtimato transmiſſis, emtor exceptione inhabilitatis mercium et quanti minoris oppoſita, plerumque auditur.

1 Si venditor ex ſpecificatione mercium aeſtumatarum, quam vulgo *Conto Current* appellant, emtorem conueniat et in libello ita dicat: *Den erſten April 1767 empfienge Herr Beklagter eine Ohme Rheinwein für 75. Thaler*, fieri non raro ſolet, vt debitor litem his verbis conteſtetur: *affirmat eine Ohme Wein, negat Rheinwein, negat für 75. Thaler.* Quod ſi ita eueniat, noui in dicaſteriis aſſeſſores aeſtuare, et quomodo ex his difficultatibus ſe extricare poſſint,
2 ignorare. Videri poterat, ſtatim condemnatoriam ſententiam pronunciandam et inficiationem eius, a quo petitur, aeque vt inhabilitatis mercium exceptionem inſuper habendam eſſe. Scio enim ex doctoribus nonnullos exiſtimare eum, qui merces ſibi expetat venditoris fidem eligere et conſentire etiam in ſtatueudum ab eo pretium, adeoque ad ſoluendum adſtringi, cum temporis lapſus negotio quaſi conſenſum accommodet, et ſilentium inſtar conuentionis ſit, BERGER *Oecon. Iur. p. 638.* LEYSER *Spec. 188. Med. 1.* MEVIUS *P. 1. Deciſ. 179.* inprimis ſi acceptas merces tanquam vitioſas non illico remiſerit, nec contra ſignificatum pretium proteſtatus ſit; quae rationes mihi perplacent, vt facillime iis ſubſcriberem, niſi experientia docuiſſet, hanc regulam ex accidenti
3 plerumque inutilem fieri. Primum, quid ſit longum tempus per quod ſilentium noceat, doctores non definiunt, nam neque ſemeſtre ſpatium, neque annus hic ſuffecerit, quia omnis praeſcriptio adeoque etiam ex aedilitio edicto quanti minoris exceptio, perpetua eſt, vt Rhapſ. Obſeruatio CCCCLXXXI. demonſtrat. Cum ergo nondum definitum ab vllo certum temporis ſpatium, intra quod contra vitioſas merces proteſtari emtor debeat, nec fingendum illud ſit pro lubitu, ſine lege loqui merito erubeſcimus.
4 Sunt et aliae cauſae, quas propter emtor exceptione inhabilitatis mercium oppoſita plerumque auditur, ſique pretium in litis conteſtatione negauerit, petitori probatio in-

iniungitur, vt quae ſequuntur decidendi rationes commonſtrant: *Obwohl Kläger anzuführen gewuſt, wie es nicht allein dem Han-* 5
delsbrauche, ſondern auch der Vernunft, ja gewiſſermaſen dem geſchriebenen Rechte überaus gemäſs ſey, daſs wenn ein Kaufman von einem andern Waaren verlanget, und dieſer erſtern nebſt dabey zugleich mit gemeldeten Preiſe, ſolche überſchiket, daferne jener ſie dafür annimt, behält, und binnen 6. Monathen oder allenfals binnen einen Jahre nicht zurük ſendet, alſo wider die Preiſe und Tüchtigkeit des Guthes nichts einwendet, ſodann aber von demjenigen, der ſie abgeſendet, in rechtlichen Anſpruch genommen, beſonders aber in der Klage der Hauptumſtand, daſs der Preis vor Abſendung der Waare gemeldet, von dem Käufer aber nach dem Empfange nichts eingewendet worden, vielmehr derſelbe mit beyden, ſo wohl den Waaren als dem Preiſe zufrieden geweſen ſey, ausdrüklich angezeiget wird, hernach ferneres Leugnen zu keinem Vortheil gereiche, und dann in gegenwärtiger Sache von Beklagten der Empfang eingeräumt, nur aber daſs die Waare kein tüchtiges Kaufmans Guth, alſo nicht ſoviel, als die überſchikte Rechnung beſage, werth ſey, und er folglich die Waare nicht für die gemeldeten Preiſe angenommen habe, Ausfluchts weiſe vorgeſchüzet worden, wannenhero daſs weder auf dieſe verneinende Einlaſſung, noch auf leztgedachte Einrede Rükſicht genommen, ſondern der Beklagte ſchlechterdings zu 6
bezahlen angehalten werden müſse, es das Anſehen gewinnet, in mehrerer Erwegung, daſs wenn derjenige, dem zu proteſtiren und zu reden obgelegen hätte, ſchweiget, er in alles zu willigen und den durch eigene Schuld erleittenen Schaden nicht zu empfinden ſcheinet (Obſ. CCCXCIX. et CCXVIII.) *wie es denn allermeiſt eine bloſse Gefärde übler Schuldner iſt, wenn, um die Zahlung zu verzögern, dergleichen unbillige und den ſtraklichen Lauf der Gerechtigkeit hemmende Ausflüchte zum Vorſcheine kommen, welche keine rechtliche Gunſt verdienen, wannenhero der Richter ſolche ſoviel als möglich abzuwenden und zu behindern, nicht aber zu erleichtern und dadurch die Hülfe Rechtens zu entfernen, ſich beſtreben ſol, worinnen auch der Grund, warum bey der* actione quanti minoris *und* redhibitoria *nach römiſchen Rechten eine gar kurze Friſt, nehmlich bey erſterer ein Jahr, bey lezterer aber 6. Monathe zur Verjährung beſtimmet, hauptſächlich darinnen verborgen:*

7 *Dennoch aber und dieweil der in der Klage gebrauchte Ausdruk: daſs Beklagten die Waaren gegen die geſezten Preiſe auf ſein Verlangen zugeſendet worden, einiger Undeutlichkeit unterworfen, welcher zwar, wenn die Gewiſſens Rührung nicht gebrauchet worden wäre, bey künftigen Beweiſe leicht hätte abgeholfen und die Artikel darauf: daſs, als Kläger die Waaren überſendet, ihm zugleich die Preiſe angezeiget worden, hätten gerichtet werdeu können, welches aber da der Eyd zu geſchoben, ſo füglich nicht geſchehen mag, wannenhero, wenn ſchon Beklagter daſs er die Waaren angenommen, nicht ins Leugnen ſtellet, er gleichwohl daſs er ſolche um die geſezten Preiſe angenommen, ſchlechterdings verneinet, alſo der Eyd beſtimmeter zugeſchoben werden ſollen, immaſen die gebrauchten Worte: gegen die geſezten Preiſe ſo beſchaffen, daſs man darüber ſchwören zu laſſen, billig Bedenken tragen muſs, wie denn auch die Klage, daſs Beklagter wider die Tüchtigkeit der Waare bald nach deren Empfange nichts eingewendet noch wider die Preiſe proteſtiret, ſondern mit beyden ſo wohl mit denen Waaren, als deren Werthe zufrieden geweſen, wie gleichwohl der Klage einzuverleiben nüzlich geweſen ſeyn würde, nirgend beſaget, ſolchemnach aber dieſelbe, immaſen ſie anbracht, verworfen werden müſſen etc.*

OBSERVATIO DXXXVIII.

Debitori communi creditores ius iurandum perperam deferunt.

1 Cum tam cedenti quam ceſſionario iusiurandum deferri liceat
(*Obſ. CXII.*) atque ſi haec iuramentum debitori deferendi poteſtas
tollatur, tempus incidere poſſit, vt veritas plane haberi nequeat,
magna cauſa adeſſe videtur, quam propter debitorem communem non plane perſonam alienam exiſtimare debeamus. Atta-
2 men, cum e contrario variae incommoditates enaſcantur, ſi hoc
conceſſerimus atque multa in concurſu creditorum a reliquo
iure aberrare et peccare interdum regulam videamus, praeterea
verendum ſit, ne vxor obaerati aut etiam alius creditor per collu-

luſionem hoc ita inſtituat, ſique debitor communis ſe iurare nolle dicat, immodicum quantum caeteris creditoribus doloſe praeripiatur atque ob eandem cauſam, nec ipſe nec eius vxor teſtis eſſe poſſit in concurſu, collegium noſtrum menſe Ianuario 1771. irritam pronunciauit iurisiurandi delationem et debitorem tanquam extraneum conſiderauit, qui non litiget, ſed extra proceſſum viuat.

Exceptionem addimus: niſi debitor curatorem litis non habeat, ſed ipſe ſuum patrimonium defendat, *wenn er*, vt germanice dicitur, *den Concurs ſelbſten vertrit*, tunc ſi fraudis nulla ſuſpicio, creditoribus iurisiurandi deferendi facultas non denegatur. 3

OBSERVATIO DXXXIX.

Si obaeratus poſt affixas edictales aut etiam poſtquam bonis ceſſit, aut ei bonis interdictum eſt, aliquid alienauit, non opus eſt Pauliana, ſed per actionem Nullitatis reuocari poteſt, ſiue titulo lucratiuo ſiue oneroſo alter acceperit. Nec refert vtrum emtor fraudis conſcius fuerit, vel inſcius. Contra inſcium tamen intra annum haec Nullitatis actio inſtitui debet, ſi mobilia reuocentur.

Actione Pauliana tunc ſaltem opus eſt, ſi obaeratus ante ceſſionem bonorum aliquid alienauerit.

Pauli actio inſtituitur contra bona fide poſſidentem intra annum, contra fraudis conſcium autem atque eum, qui titulo lucratiuo accepit, eſt perpetua.

Is annus a quo tempore ſit computandus?

De-

Debitor incipit in Abfal der Nahrung zu gerathen et propinquat concurſus creditorum, iam ab eo tempore, quo quis plus debuit, quam habuit.

Pauliana nomine quidem realis actio dicitur, effectu autem magis fere perſonalis eſt.

1 Etiam imminente concurſu, immo etiam tunc, quum de
mediis ſatisfaciendi tractatur, aut ſi vnum alterumue arreſtum bo-
nis debitoris impoſitum, aut ſi praecepta de ei non ſoluendo
exierint, debitorem vni creditori in praeiudicium reliquorum
2 recte ſoluere, *Rhapſodiae Obſeruatio CCCCXXVII.* demonſtrauit.
Etiamſi enim ALIENATIONES imminente concurſu
ſint irritae, tamen creditoribus in ſolutum accipere et ſuum
conſequi licet. *L. 6. §. 1. ff. L. 1. ſ. 78. L. 10. §. 16.*
3 *L. 24. ff. quae in fraudem credit.* Neque huic obſtat Edictum
contra Decoctores *d. a. 1766. §. XII.* quia ibi duo menſes tantum
propter decoctoris poenam commemorantur, atque illi malam
fidem debitoris produnt, nullam autem praeſumtionem de cre-
ditoris fraude faciunt, nec aduerſatur *Deciſio Sax. Nouiſſima XXVI.
de anno 1746.* quoniam in hac tantummodo de renunciatione he-
reditatum et remiſſione agitur. Multum autem intereſt, vtrum
donatum quis, an debitum recipiat? Nam aliud eſt lucrari, aliud
ſuum conſequi, nec eum, qui debita ſoluit, ALIENARE quis-
quam dixerit. Nos vero in praeſenti de creditoribus agimus,
4 non donatariis. Itaque obaeratus vni creditori, etiam in prae-
iudicium reliquorum, recte ſoluit, vſque dum ei bonis a magi-
ſtratu interdictum ſit, aut poſtquam ipſe bonis ceſſerit. Siquis
autem, non quod ſibi debeatur, receperit, ſed alios contractus
cum bonis interdicto, qui ab obaerato diſtinguendus eſt, cele-
brauerit, tunc actionem Nullitatis ab actione Pauliana hac ratio-
ne diſtingue:

5 *Si debitor communis non ſolum poſt affixas edicta-
les, verum etiam poſtquam bonis ceſſit aut ei bonis a*

magiſtratu interdictum eſt, aliquid ALIENAVIT, *non opus eſt Pauliana, ſed per actionem Nullitatis reuocari poteſt, ſiue titulo lucratiuo, ſiue oneroſo quis acceperit; nec refert, vtrum ſit fraudis conſcius aut inſcius? Intra annum tamen contra inſcium actio inſtitui debet, quia iure Saxonico res mobiles bona fide poſſeſſae anno praeſcribuntur.*

Diſtinguendam autem puto actionem Nullitatis a Pauliana ob eam cauſam, quia quod poſt ceſſionem bonorum a debitore ſuſcipitur, ipſo iure nullum eſt, vt ope auxilioue praetoris ne quidem opus ſit. Quid enim reſtitutio quaeſo eſt, niſi negotii ſtricto iure validi a praetore facta diſſolutio? Vnde qui ipſo iure tutus eſt, reſtitutione non opus habet. *L. fin. C. de praetor. pignor. L. 16. §. 1. ff. de minor. L. 1. C. de reſcind. vendit. L. 5. C. de legibus.* SYMMACHVS *Epiſt. IX, 87.* HAHN *ad Weſenbecium tit. quae in fraud. cred. Num. 6.* 6

Si autem nondum moto concurſu a debitore ad inopiam vergente non ſuum quis receperit, ſed reuera debitor quid DONAVERIT vel remiſerit, quaeritur quando dici poſſit concurſum imminuiſſe, aut quo tempore, vt Teutonica immiſceam, *er in Abfal ſeiner Nahrung gerathen ſey?* Puto autem reuocari poſſe omnia, quae debitor ab eo tempore creditores defraudandi cauſa alienauit, quo plus debuit, quam habuit. (*Obſ. CCXC.*) Nam eo iam tempore coepit *in Abfal der Nahrung zu gerathen.* Tunc ſuſpenſo quidem pede et gradu lento venit, attamen venit, paupertas et concurſui creditorum iam via ſternitur. Multa tamen hic arbitrio iudicis relicta eſſe, verba in *Deciſ. XXVI. d. a. 1746.* obuenientia docent: *und nach Befinden ſodann auf die Ungültigkeit erkant werden ſol.* 7

Non diſplicebit vt opinor Reſponſum, non collegii ſed priuato nomine, cuidam diſſertiſſimo cauſarum patrono datum: *Obwohl klagender* Curator bonorum *nicht innerhalb eines Jahres das ſtreitige Guth in die Concurs Maſſe zurükgefordert, auch ſattſam erhellet, daſs Beklagter ſolches bereits am 13. December 1769.* 8
mithin noch eher als 1770. die Edictalien (von welchen der Anfang eines Concurſes allerdings zu rechnen) angeſchlagen worden, woraus

Beklagter, daſs zu ſolcher Zeit der gemeine Schuldner noch die freye Verwaltung ſeines Vermögens gehabt habe, zu folgern ſuchet; ſintemalen, wenn gleich die Obrigkeit bereits am 3. Jenner 1796. jenem alle Veräuſerung ſeines Vermögens, es beſtehe worinnen es nur immer wolle, unterſaget, doch hieraus noch nicht zu ſchlieſen ſey, daſs zu ſolcher Zeit mit ihm niemand mehr contrahiren mögen, immaſen wenn auch der Schuldner dieſem Verbothe entgegen gehandelt, hieraus weiter nichts, als nur ſo viel flieſse: daſs er, der Schuldner, dieſes ſeines Ungehorſams halber allenfals beſtraft werden könne, keinesweges aber, daſs der mit Beklagten getroffene Contract null und nichtig ſey, in mehrer Erwegung daſs Beklagten von einem ſolchen gerichtlichen Verbothe nichts bekant geweſen, weil allererſt durch öffentlichen Anſchlag der Edictalien eines Schuldners ſchlechte Vermögens Umſtände zu allermänniglicher Wiſſenſchaft gereichen, vorher aber und da Ignorantia Facti *niemanden ſchadet, es keine Obliegenheit zu ſeyn ſcheinet, ſich um die Umſtännde desjenigeu, mit dem man handelt, zu bekümmern und daher einigermaſen Beklagtens Vorgeben wahrſcheinlich wird, wenn er anführet, als wenn die Rechte den öffentlichen Anſchlag der Edictalien eben darum verordnet hätten, daſs allererſtlich von nun an, niemand weiter mit dem Schuldner contrahiren möge, wie denn auch ein bloſes Credit Weſen von einem förmlichen Concurſe zu unterſcheiden ſey,* (Rhapſ. Obſ. CCXCV.) *und allerdings etwas bedenklich fallen wil, daſs ein Menſch gleich von dem erſten Augenblike an, in welchem er mehr ſchuldig wird, als er im Vermögen hat, nichts mehr veräuſern dürfe, immaſen auf ſolche Art des Sreitons kein Ende werden, und vielfältige von langen Jahren her getroffene Contracte über den Haufen falltu würden; alſo freylich bey nach und nach entſtehenden Schulden ein gewiſſer Anfang ſeyn und ein Zeitpunkt feſt geſtellet werden muſs, in welchem jemand auſſer Stand geſezet wird, ſein Vermögen weiter zu*
9 *verwalten, wie denn auch eine in der Stille oder auch öffentlich vorgefallene gütliche Vernehmung mit den Gläubigern, hin und wieder von der Obrigkeit erlaſſene* Praecepta de non ſoluendo *oder auch einige von verſchiedenen Perſonen Schulden halber angeſtelte einzelne Klagen noch kein Credit Weſen, geſchweige denn einen förmlichen Concurs, bewirken,*

Den-

Dennoch aber und dieweil gegenwärtige Klage noch inner- 10
halb der zur Wiedereinſezung in vorigen Stand nachgelaſſenen vierjährigen Friſt erhoben worden, und klagender Curator bonorum ſothaner rechtlichen Wohlthat ſich zu erfreuen hat, überhaupt aber, wenn nicht von der Paulianiſchen Klage, ſondern, wie bey jezigen Vorfalle, von der Nichtigkeit einer beſchehenen Veräuſerung die Rede iſt, der Verlauf eines Jahres, welches nur bey Prätoriſchen Hülfsmitteln zu beobachten, keine Verjährung bewirket, wohl aber auf die Zeit, in welcher dem Schuldner von der Obrigkeit die Verwaltung ſeines Vermögens unterſaget worden, oder er ſelbſt daſſelbe denen Gläubigern abgetreten, zu ſehen, ſintemalen nach erfolgter Ceſſione bonorum, oder dem gerichtlichen Verbothe niemand mit einem gemeinen Schuldner weiter ſicher contrahiren kan, ſondern, wer von ihm etwas kaufet, daſſelbe von einer Perſon bekommet, die des Eigenthums daran ſich begeben und andern, nehmlich ſeinen ſämtlichen Gläubigern, 11
bereits abgetreten hat, und da ein gerichtlicher Entſaz der Verwaltung eigenthümlicher Güther, zumal unter Einwohnern eines Ortes gar bald bekant zu werden pfleget, eine weitere öffentliche Warnung nicht von Nöthen, wie denn die Edictalien nicht ſowohl deswegen, daſs weiter niemand mit dem Schuldner handeln ſolle, ſondern um alle und jede Gläubiger zur Erſcheinung und Anſaz ihrer Foderung zu berufen, ausgehänget werden, aus welchen allen folget, daſs derjenige, ſo etwas von einem, der ſeine Güther ſämtlichen Gläubigern bereits abgetreten, erhandelt und es wieder hergeben muſs, ſich nicht mehr zu beſchweren Urſache habe, als ein ein jeder 12
anderer, der etwas von einem, der nicht Eigenthümer geweſen, erkaufet; weil es eines jeglichen Käufers Schuldigkeit iſt, ſich um die Beſchaffenheit derjenigen Perſon zu bekümmern, mit welcher er ſich eingelaſſen; wie denn auch das Guth, welches jemand von dem Schuldner, zu der Zeit, da bereits ſelbigen die Verwaltung des Vermögens unterſagt geweſen, erhandelt, und zwar unentgeltlich,

L. 7. et 8. ff. quae in fraud. creditor.

wieder herausgegeben und zur Maſſe gebracht werden muſs, wobey jedoch dem Käufer ſothanen Kaufſchilling bey dem Concurſe zu liqvidiren frey verbleibet; Dahingegen, was die an andere Gläubiger bezahlten Geld-Schulden anlanget, es damit ganz andere Beſchaffenheit hat, indem zwar ebenermaſen diejenigen Gläubiger, ſo

nach bereits erfolgter Ceſſione bonorum *von gemeinen Schuldner unrechtmäſiger Weiſe befriediget worden, ſolche wieder in die Concurs Maſſe einliefern müſſen: hingegen, wer vorher zu dem ſeinigen gelanget, ſicher iſt,*

L. 6. §. 6. et 7. L. 10. §. 16. L. 24. ff. quae in fraud. cred. *weil die Rechte dergleichen wachſame Vorſicht niemanden verüblen, und ſolchemnach derjenige, welcher für ſeine Sicherheit in Zeiten geſorget, das vom Gemeinen Schuldner ihm entrichtete Geld behält, geſezt, daſs er ſogar, wie es mit ſeinem dieſem Schuldner nicht zum Beſten ſtehe, gewuſt hätte. So iſt etc.*

14 Quod fructus reſtituendos attinet, inter actionem Nullitatis et Paulianam nihil intereſſe puto, ſed reſpiciendum eſſe, vtrum quis bonae fidei poſſeſſor aut fraudis conſcius fuerit? Malae fidei poſſeſſor etiam percipiendos, bonae fidei poſſeſſor autem, cum pro emto, aut alio iuſto titulo rem teneat, a tempore litis motae perceptos, reſtituit. *L. 10. §. 20. ff. quae in fraud. credit.* Vnde pronunciauimus: *Obwohl klagender* Curator bonorum, *daſs Beklagter nicht in die erhobenen Nuzungen von der Zeit an, da er von dem Gemeinen Schuldner das Guth erkaufet, vertheilet worden, ſich beſchwören dürfte.* Dennoch aber und dieweil *Beklagter als ein treulicher Beſizer, welcher von der Bevortheilung derer übrigen Gläubiger, anfangs keine Wiſſenſchaft gehabt, die mitlerweile gefallenen Nuzungen gewonnen, allermaſen er allererſt von Zeit der erhobenen Klage, in einen Misglauben verſezet worden. So iſt etc.*

15 Licet vero quod hoſce fructus vſuraſue attinet ex *Lege 25. §. 4 ff. quae in fraud. cred.* aliud exſculpi poſſit, facile tamen, ſi quis integrum hunc Pandectarum titulum perlegerit, intelliget, iuriſconſultos in eo mirifice inter ſe et a ſe ipſis diſſentire, quia praxis actionis Paulianae alia fuit eo tempore, quo Paulus edictum publicaſſet, alia quo imperatores reſcriptis iura conſtitue-
16 rent, alia noſtris temporibus. Vnde in actione Pauliana ſingularia quaedam obueniunt, quae, ne ſemel coeptae tractationi quid deeſſe videatur, tacere nolumus. Ecce

Si quis non Nullitatis, de qua ſupra diximus, ſed Paulianam actionem inſtituat, opus eſt, vt probetur 1) alienantem ſuſcepiſſe

piſſe

piſſe alienationem creditoris defraudandi animo. Niſi enim hoc probatum fuerit, actio Pauliana ne quidem aduerſus donatarium locum habebit. *L. 1. pr. ff. quae in fraud. credit.* deinde 2) debitorem iam eſſe a creditoribus excuſſum. 3) Tertium poſſeſſorem fuiſſe fraudis participem. Licet enim Pauliana realibus actionibus annumeretur, *§. 6. Inſtit. de act.* tamen quia tantum datur aduerſus poſſeſſores fraudis conſcios, *L. 10. §. 2. ff. quae in fraud. cred.* propius ad naturam perſonalium accedit, quam realium. 4) Hoc certiſſimum: hanc actionem tertio, qui creditor non ſit, nihil proficere.

Caeterum annus, quo actioni Paulianae praeſcribi diximus, 18 computatur non a tempore factae a debitore alienationis, ſed eo, quo bona ſub haſta publice vendita. *L. 6. §. vlt. L. 10 §. 18. ff. quae in fraud. credit.* In his legibus bonorum venditio accipitur pro publica ſubhaſtatione, THEOPHIL. *Inſt. tit. de ſucceſſ. ſublat. quae fieb. per bonor. vendit.* Nam priuſquam debitor non excuſſus eſt, ſcire nequeunt creditores, an circumuenti ſint. LAVTERBACH *Colleg. Pract. lib. 42. tit. 8. §. 16.* Immo repellitur petitor ſi hanc actionnm inſtituat, bonis debitoris nondum excuſſis.

Poſt annum etiam datur, ſed in id tantum, quantum ad ali- 19 quem peruenit, *L. 10. §. 24. ff. quae in fraud. credit.* hoc eſt, quantum quis locupletior factus eſt. Ex quo pragmagmatici colligunt, titulo lucratiuo accepta triginta annis reuocari poſſe. CARPZ. *P. 2. Conſtit. 3, defin. 20. num. 4. et Reſponſ. 83. num. 19.* STRYCK *Vſ. Modern. §. 4. Tit. quae in fraud.*

Tandem fraudis conſcium fuiſſe oportet eum, qui titulo 20 ONEROSO rem adquiſiuit, nempe ſi de actione Pauliana non de actione Nullitatis, vtpote quae etiam contra fraudis inſcium locum habet, quaeſtio ſit. Qui autem titulo LVCRATIVO rem conſecutus eſt, etiam Pauliana recte conuenitur, etiamſi absque vlla fraude rem acceperit. *L. 6. §. 11. ff. quae in fraudem credit.*

Haec

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Haec inter nos is, cui ſtilum commiſſimus, ſuo more propoſuit, ne plane argumento vacua appareret indictio trium declamationum, quas in honorem Perilluſtris quondam viri, Domini RVDOLPHI FERDINANDI liberi Baronis de SILVERSTEIN et Pilnikau etc. die Rudolphi, qui proximus eſt Mercurii, HORA IX. *in Auditorio Petrino* habituri ſunt alumni, quos conditum ab eo ſtipendium exhilarauit. Primus quidem theologiae ſtudioſus

CHRISTOPHORVS WOLFIVS

TIEFENFVRTO-GORLICENSIS

de ratione nominis ſui ad ſempiternam memoriam honeſte prorogandi

ſecundus iurisprudentiae cultor

AVGVSTVS GVILELMVS HAVSWALD

DRESDENSIS

de liberalitate ſocietatis humanae conciliatrice,

tertius denique arti medicae addictus

CAROLVS GOTLOB MEIER

VRATISLAVIENSIS

de inconcinna trium naturae regnorum diuiſione

ad.

admodum breuiter, vt admoniti promiſerunt, ediſſerent. Nos vero RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES CAETEROSQVE OPTIMATES, NEC NON GENEROSISSIMOS NOBILISSIMOSQVE COMMILITONES officioſe et permanenter rogamus, vt dicturis fauere, ſuaque praeſentia diem patrono de Muſis noſtris liberaliter promerito, nunc inter coelites ter beato, celebrare velint.

P. P. Dominica Miſericordias MDCCLXXI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

ULB Halle 3
008 558 760

K078

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14

№ 28
Ab
1771,2

MEMORIAM
SILVERSTEINIAM
IN AVDITORIO PETRINO
DIE XVIJ. APRILIS HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

TRIVM SVPERIORVM

FACVLTATVM DECANI SENIORES
ET RELIQVI ASSESSORES

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-315261137-14